

704 Anhang von der Lehre der Waldenser.

que cingerentur acerrimis. Haec autem Sadoleti oratio Cabrierensibus magnae consolationi fuit, qui huius sedulitate, breui aliquod responsum ad confessionem ipsorum redditum iri sperabant: attamen postquam Roma reuersus esset Cardinalis, intellexerunt eum illic res omnes vsque adeo depravatas offendisse, vt nulla inde reformationis ac correctionis spes foret, sed potius crudelis belli apparatus aduersus eos qui Ecclesiae Romanae ordinationes atque traditiones non sequerentur: facile quidem perspici abusus tam crassos diu durare non posse, cum praesertim multitudo hominum cuiuslibet nationis qui sacrae doctrinae notitiam sunt consecuti, in tantum numerum excreuerit.



3 A 816 9